

Addit ad Covarruvias

nquam cognoverit, non exequetur, Carleval num. 777. Farci si in prax. q.7. num. 34. 35. Avendañ. de exequenda mandari, 2. cap. 7. num. 6. Gamma decis. 363. à num. 3. Thesaur. act. 90. num. 7. Et ita in Hispania practicari, restatur Carleval. num. 778. qui latissimè hac de re loquitur. At cum Iudez requisitus solum ex privata scientia aliunde quam ex actis compertum habet, innocentem fuisse damnatum, aut alias secundum veritatem, esse iniquam sententiam, eam exequi poterit; Morla in empor. jar. d. tit. 2. quest. 1. num. 37. nisi commode se excusare valeat; ut ex Sanch. & Gutier. nuper dicebamus. Posset tamen dici, non teneri ad se excusandum, nisi per hoc innocens veniat liberandus, nam eadem est ratio de judicante, ac de exequente, Lugo tom. 2. d. disp. 37. num. 48.

A D C A P U T I I .

An & dolo & cavillationibus in judicio uti licet.

S U M M A R I U M .

1. Advocatis licet uti in judicio cavillationibus contra cavillantes, vel notoriè contra iustitiam litigantes.
2. Pro tuenda vita propria, vel proximi, non est licitum mentiri.
3. Mentiri in judicio, quale peccatum sit.
4. Reus non legitime a Judice interrogatus fateri non tenetur veritatem.
5. Idem est, si sibi non liqueat, num juridice interrogetur.
6. Etiam legitime interrogatus in foro conscientia non obligatur ad facendum crimen a se commissum.
7. Mentiri, cum intrinsecè malum sit, nunquam licitum esse potest.
8. Mori prius oportet, quam malo consentire.
9. Iudex quando secundum juris ordinem interrogare censetur.
10. Reus est certiorandus de indicio, vel probationibus, quae sunt adversus ipsum, antequam de crimen interrogetur.
11. Religiosus similiter potest à Prälato interrogatus de delicto celare veritatem.
12. Excipiens fateri non videtur.
13. An licet in judicio contrariis exceptionibus uti?
14. Nullam paenam patitur, qui in judicio meminitur, nisi si specialiter a jure statuta.
15. Fabricans falsa instrumenta, vel eis scienter utens, quomodo puniatur.
16. Falsum commitit, qui interrogatus tacet veritatem, accusa mendacium diceret.
17. Juridice interrogatus, ac acceperit mutuo centum? quam secreto solvit, potest, media abstractione, negare positionem.
18. Occidens hominem in sui defensionem, licet negat in judicio homicidium cum abstractione.
19. Promittens ducere Bertam in uxorem, si supervenient iusta causa non implendi, quan probare non valet, iusta conscientia negat promissionem.
20. Quoties iuste expedit celare veritatem ad tuendum honorem, vitam, vel bona, potest quis in judicio, vel extra, per abstractionem interrogantem illudere etiam cum juramento;
21. Debitor in quinquaginta, interrogatus in judicio, an centum debet? nequit simpliciter negare positionem.
22. Contrarium verius.
23. An teneatur ad litis expensas, & constituantur in mora respectu ejus, quod debet?
24. Fui semper est in mora.
25. Insciens in judicio totum, cum pariem debet, peccat contra iustitiam, nisi restituendo animum habeat.

quod debet.

26. Non est perjurus qui negata absolute positionem, cum plus, quam debet, a se petitur.
27. Fallit, si respondeat, se nihil debere.
28. Vel si rogetur, an debeat centum, aut minorem quantitatem, nam si absolute negat, perjurus erit.
29. De intellectu cap. 1. de arbitr. in 6. & 1. diem profecte, §. si plures, ff. eod. qui agunt.
30. Arbitria ad instar judicorum inventa.
31. Jura ut lites extinguitur, maxime student.
32. Lites finiri, publicè interest.
33. Intelligitur 1. si ita stipulatus 120. ff. de verbis obligat.
34. Non est vera conditio, nisi quæ in futurum confert dispositionem.
35. Dicit. §. si plures, locum non habet in estimatoribus constitutis ad taxandum rei valorem.
36. Idem in testibus dicendum est.
37. Quid in arbitratoribus eriam verum est.
38. Arbitratores ut negotiorum gestores habentur.
39. Intra quam quantitatem valeat sententia iudicium superiorum, licet tria vota conformia non sint.
40. L. inter pares, ff. de re judicat, explicatur.
41. Deciso d. §. si plures, obiner, et si qui in majori summa condemnant, exprimant, se non consentire ei, qui in minori damnavit.
42. Expressio ejus, quod tacite inest, nihil operatur.
43. Qui promisit jurekrando redire ad carcerem, ubi iustitia mortem timet, stare promisit, aut relaxationem juramento impetrare debet.
44. Homo licet ob iustam causam vitam propriam pericula exponit.
45. Juvenis se facturum rem illicitam, graviter peccat.
46. Similiter, & qui sine intentione implendi cum juramento promitti.
47. Limitatur conclusio tradita supra num. 34.
48. Qui doceant contra prefatam conclusionem, non teneri, qui juravit, reveri.
49. Promittens absque juramento in promisso casu ad carcere redire, non obligatur.
50. Licitum est, ad evitandum tormentorum cruciatum, falso sibi crimen imponere capitale, sceluso mendacio, vel perjurio.
51. Limitatur in Religioso gravi, ex cuius falsa confessione dedecus in totum Ordinem redundaret.
52. Convictus de heresi, quam minimè commisit, potest crimen fateri absque perjurio, aut mendacio, ut mortem evitare.
53. Famam propriam an quis valde prodigere?
54. Mors omnium terribilium ultimum.
55. Vita regulariter famam estimabilior.
56. Differentia inter actiones tendentes ad mortem directe, vel indirecte.
57. Iudex non potest reum condemnare, ut ipse se occidat.
58. Excepta revelatione divina, nemo potest actum in mortem propriam dirello tendenter exercere.
59. Sampson divina revelatione se interermit.
60. Ignorantia invincibilis potest à peccato excusare se ipsum occidentem.
61. Hæresis Circuitorum circa occisionem sui ipsius.
62. Intelligitur cap. non est nostrum, 2. 3. quest. 5.
63. Culibet, cui specialiter prohibitum non est, livet cibos ministrare iuste damnato, ut fame pereat, sed non tenetur.
64. Virum iuste damnatum, ut fame pereat, possit respire cibos sibi oblatos contra iudicis voluntatem?
65. Vitam propriam an licet abbreviare? remissive.
66. Damnatus eriam iuste non peccat eundo ad locum suplicij; scalam ascendendo, & similia faciendo.
67. Iuste damnatus ad mortem, potest data opportunitate fugiendi, in vinculis persistere, ut moriantur.

Variar. Resolut. Lib. I. Cap. II.

68. Secus in damnato iuste, nisi ob aliquem finem iustum evadere nolit.
69. An licet militi belli se exponere periculo, in quo se per rituum certò cognoscit? remissive.
70. Iuste capius, vel ad mortem damnatus, promittens cum juramento, aut sine illo ad carcerem redire; tenetur servare promissa.
71. Carceratus iuste, vel iuste, fugere licet potest.
72. Fallit in Religioso per suum Pralatum iuste capto, qui fugere nequit, nisi carcer acerbus nimis sit, ut timeat paenam corporalem.
73. Servi etiam iuste bello capiti licet fugiunt, ut ad suos revertantur.
74. Fugiens è carcere non peccat, licet, ex eo custos derrement patiar, quod nec tenetur resarcire: Limitatur ibidem.
75. Fugiens à carcere, cuius ostium invenit apertum, non habetur pro confesso.
76. Fractor carceris quomodo puniatur.
77. Fugiens è carcere non punitur, si illico revertatur, modo non effregerit.
78. Iuste est cum notoriè detinetur iuste.
79. Infor conscientia regulariter cum fugere licet, licitum est etiam carcerem frangere.
80. Damnatus ad mortem, vel aliam paenam, potest frangens carcerem fugere.
81. Ob bonum commune vitam amittere quis tenetur.
82. Notoriè detenus iuste in vinculis publicis, nec punitur, nec pro confesso habetur, et si effractis carceribus fugiat.
83. Quando licet, notoriè detentum iuste in carcere eripere, etiam cum carceris fratione.
84. Innocens iuste in carcere detenus propter indicia, quomodo puniatur, si fugerit.
85. Iuste damnatus fugiens, tunc potest secum portare custodem impeditem fugam; & solum venialiter peccat, si ministros iustitiae a se executi, & in terram proferant, ut evadat.
86. Frangens carcerem, & compedes ad fugam, tenetur damnatum paries rupi, & vinculorum resarcire.
87. Leges paenales carcerum effractores solum obligant in foro exteriori.
88. Leges paenales in conscientia non obligant.
89. Licet quis dei operam rei licita, tenetur ad damnum quod directè fecit.
90. Cooperari ad fugam carcerato, quibus licet.
91. Nulli permititur frangere carcere, ni alter evadat.
92. Limitatur in quibusdam personis.
93. Pater & filius una eadem persona existimantur.
94. Pater in filio magis, quam in se ipso patitur.
95. Quoties pater, & filius sunt pro eodem crimen torquenti, incipiendum est a filio.
96. Egregium paterna pietatis exemplum refertur.
97. Conjugua maxima dilectio.
98. Damnatus ut in vinculis sit, fugere non potest etiam sine fratione.
99. An licet damnato, ut in carcere perpetuo sit, vel ad tritemes, fugere? remissive.
100. Utrum possit imponi pena carceris perpetui? remissive.
101. Poena carceris ad tempus frequenter iuste Regio interrogatur.
102. In foro interiori licet vim inferre possessori pro re propria, quam dominus, aliter recuperare non potest.
103. Interpretatur l. si quis in tantam, cum similibus, C. unde vi.
104. Potest quis tutu conscientia rem propriam, aut in specie debitam clanculum capere, et si agere judicialiter, & obinere possit.
105. Qui nullo alio modo rem propriam estimatione non vili avocare potest ab iniquo possessore, ei iuste vim

Reus non legitime à Judice interrogatus, fateri non tenetur veritatem, sed licet potest per abstractionem decipere non juridice interrogantem, velut si, cum Ticio occiderit, interrogetur an ipsum necaverit? tutu conscientia potest respondere etiam cum juramento, si non occidisse, intelligens intra se, hodie, vel tali genere armorum, quo usus non fuit in occisione, ad qua-

Addit. ad Covarruvias

coꝝ referendō p̄fata m̄ negationem, nequaquam mentitur: quia arte si nō utatur, perjurium committet, aut sa. teccabit venialiter, si juramentum non interveniret; nō sentiri nullo modo licet, etiam ob injustum mortis p̄mānū vitandam; ita Sanch. d. lib. 6. cap. 3. num. 29. in fin. Pacian. d. lib. 1. cap. 7. num. 6. Tabiena in summ. verbo, accusatus, num. 11. Greg. Lop. in l. 4. glos. 3. col. 2. tit. 29. p. 7. Valenc. tom. 3. disp. 5. q. 13. punct. 2. Bernard. Diaz. in prax. crim. c. 118. Sayr. lib. 11. c. 5. num. 6. vers. Reus igitur, Gutier, canon. quest. lib. 1. cap. 11. num. 41. Cordub. in quæst. q. 6. 5. in princip. Navarr. in d. c. inter verba, corollar. 6. 4. num. 7. 25. Pellizz. in Manual. R. reg. tom. 2. tract. 9. cap. 4. num. 105. Paz in prax. tom. 1. par. 5. cap. 3. 5. 4. à num. 15. Bonac. tom. 2. disp. 10. q. 3. punct. 2. n. 1.

Idem juris est, cum delinqūs dubitat, an legitimè interrogetur, Lef. de iust. & iur. lib. 2. c. 31. dub. 3. n. 10. Sarmient. lib. 1. selec̄t̄ar. c. 8. n. 19. Reginald. lib. 24. n. 46. Guttier. de delect. q. 10. à n. 7. Pellizz. n. 106. Paž. n. 13. Sanch. cum multis, dub. 31. n. 2. & est communior, ac vera sententia; licet alii videatur, tenui debere pro iudice p̄sumere, quod legitimè interrogat, & detegere veritatem,

Bonac. num. 4. Paludan. in 4. disp. 19. q. 4.

Imd̄ probabilissimum est, cum, qui delictum patravit, de eo interrogatur, juris ordine servato, eodem modo celerat posse veritatem: Ita Navar. lib. 2. de refut. c. 4. num. 142. Pellizz. num. 113. Salç. in addit. ad Bernard. Diaz in prax. cap. 116. Lef. d. c. 31. n. 13. Rodriq. regular. tom. 1. quest. 19. art. 4. Sā in summ. de reo, num. 6. Reginald. sup. num. 37. Contrarium tamen recepiens est, nem̄p̄ legitimè interrogatum, crimen à se commissum inficiari non posse, Gutier. supr. quæst. 9. in princip. Diana par. 2. tract. 5. resolut. 91. Paz. num. 9. Bonacina d. punct. 2. n. 1. D. Covar. practicar. cap. 18. num. 7. Sayr. lib. 12. cap. 16. num. 1. Bolan. in Curia, par. 3. §. 13. num. 3. Sanch. cum multis, dub. 29. num. 4. Ant. Gom. variar. lib. 3. cap. 12. n. 5. Mirand. tom. 2. q. 19. art. 13. concl. 1. Gregor. Lop. in l. 4. glos. 3. tit. 29. p. 7. Fallit in convicto qui fateri tenetur secundum omnes, Diana par. 2. tr. 15. ref. 27.

Circa præmissa notare oportet. Primum, nulla ratione per missum esse reo mentiri, quoniam mendacium est intrinsecè malum, nunquamque licitum esse potest, cap. super eo 4. de usur. D. Aug. in lib. de mendac. & contra mendac. & in Epist. 8. ad D. Hieronym. D. Basil. reg. 6. ex brevior. Magist. sement. in 3. disp. 8. D. Thom. 2. 2. q. 1. o. art. 3. Pat. Suar. de fid. disp. 3. sect. 5. num. 8. Gutier. d. q. 10. num. 4. Bonac. sup. disp. 10. circa 8. Decal. pract. q. unic. de mendac. punct. 2. num. 1. Patl. different. 87. num. 6. Paz. num. 16. 17. Quare potius mori, quam malo consentire, oportet; cap. Sacris 5. de iis, que vi, Menoch. de præsumpt. lib. 3. pref. 4. n. 32.

Secundum, Judicem tunc interrogare reum juxta juris ordinem, cum jurisdictionem in vinculum habet non impeditam, ac præterea præcedit infamia seu diffamatio, aut semipena probatio; Sanch. d. dub. 19. num. 9. Paz. num. 12. Gut. d. q. 9. num. 4. Pellizz. num. 105. Bolañ. n. 4. Navarr. in manual. cap. 25. n. 36.

Tertium, regulariter reum esse certiorandum de indi- ciliis, aut probatione, quæ adversus eum urgunt, ut teneantur respondere, aperireque veritatem; alioqui cum dubius sit, secundum magis receptam opinionem, inficiari sine crimine potest, Paz. num. 13. Gutier. q. 11. n. 7. cum seqq. Sanch. cum aliis, dub. 32. num. 2. Bolan. num. 4. Et est communis. Sed hoc limitatur in causa hereticis, proditionis in rem publicam, & in criminis læsæ Majestatis, Peguera in prax. crimin. §. 5. num. 13. Diana p. 4. tract. 8. resolut. 130. Sanch. dnb. 31. n. 4. Navarr. in d. cap. inter verba, corollar. 5. 2. n. 10. In quibus opus non est, reo, quæ ipsum onerant, notificare; idemque in praxi observari, saltem cum non petitur a delinquente, in ceteris causis, testatur Gutier. qu. 9. num. 23. & canon. quest. cap. 11. n. 43. cum seqq.

Quartum, omnia supradicta procedere etiam in reo Regulari à Prelato interrogato, tradunt Pellizzar. sup. a num. 105. Diana d. resol. 91. Rodriq. supr. num. 4.

Ibi: Eodem iure erit considerandum,

Excipiens fateri non videtur, Cyriac. controvers. tom. 1. 12. controvers. 35. n. 9. & controvers. 157 & 1. 2. controvers. 345. num. 7. Cevall. comm. tom. 1. q. 3. 62. in princ. Pacian. d. lib. 1. cap. 22. per totum, Cacheran. Pedemont. decis. 178. num. 9. Ant. Gom. variar. lib. 3. cap. 12. num. 16. Alex. Trenta. cinq. variar. resolut. lib. 2. tit. de except. resolut. 2. num. 1. Aug. Barbos. in axiom. jur. axiom. 85. num. 9. Cancer. variar. p. 1. c. 18. ex num. 9. Petr. Gregor. synagmat. jur. lib. 21. cap. 17. num. 3. Franc. Milaren. Sicilia decis. 3. num. 46. lib. 2. Cardof. in prax. Judic. & Advocat. verbo, Exceptio, n. 26. Surd. decis. 24. num. 5. Tuschi. practic. concl. tom. 3. lit. E. concl. 427. Gratian. Marchia decis. 19. num. 19. Bellon. Genuens. decis. 38. num. 8. & decis. 91. num. 1.

Vers. Probavimus tandem.

Quoad forum animæ, licet quis se contrariis exceptionibus tueri poterit, modo mendacium absit; quod mediante abstractione facilimè contingit, sed in foro extero, indistinctè contrariis defensionibus uti, nemo prohibetur, Ant. Gabr. commun. concl. iii. de action. & oblig. concl. 1. num. 9. Menoch. conf. 230. num. 63. Felin. in cap. Pastoralis, num. 5. de except. Glos. in cap. nullus pluribus 20. de reg. iur. in 6. Nec ratione mendacii repelletur, quoniam pro sui defensione toleratur, ut quis mentiatur in iudicio, Bald. in aut. contra quæ propriam, num. 12. vers. Modo sequitur, col. 2. C. de non num. pecun. Pacian. cap. 19. num. 101. Nec deteriore suam conditionem facit; Bald. in l. 1. num. 15. vers. Circa secundum, col. 5. C. de furt. Salicet. ibi, num. 6. vers. Quæro decimo, col. 2. Castren. num. 2. vers. Nota ex primo dicto, col. 2. Ateri. in §. idem juris, num. 25. vers. Capio quartum principale quæstum, col. 15. Inst. de actionibus, Pacian. n. 103. Nec peccatum meretur, nisi ubi lex specialiter in mentientem statuit; Pacian. d. num. 101. Garc. Giron. de privileg. num. 1012. Menoch. de arbitrir. lib. 2. cent. 3. cas. 276. num. 8. Gozadin. conf. 46. num. 2. Unde cum iure cauteum non reperiatur, ut non audiat, qui contrariis nititur exceptionibus, propter mendacium, dicendum videtur, posse quis illis uti. Sic qui prius negavit se hominem interficisse, poterit convictus probare in sui defensionem homicidium admisisse, quamvis utrumque verum esse, impossibile sit, Paz. d. par. 5. cap. 3. §. 6. num. 80. Pacian. num. 88. vers. Contrarium, Batt. in l. nemo ex his: communiter approbat. ff. de reg. iur. Boëri. decis. 164. num. 12. Bos. in prax. crimin. tit. de defens. reor. Quod malum (ut alia, quæ congesit Menoch. d. cas. 276.) toleratur, ne defensionis facultas restrinquit, ex quo malitia prævalet calumniantum. Quando autem mendacium puniatur, tradit latè Pacian. d. cap. 19.

Ad Num. 3.

Qui instrumentis falsis, quæ per se, vel per alium conficit, utitur, peccatum falsi ordinaria plectitur; qui vero eis à se non confessis utitur, extraordinario supplicio pro iudicis arbitrio punitur, Menoch. de arbitr. cas. 315. & num. 2. Cyn. in l. 2. col. 1. vers. Quaritur circa, C. de fid. instrument. Anani. in capit. ad falsariorum, col. 1. in fin. de crimin. fals. Joan. Faber. in §. item lez. Cornelius de falsis, inst. de public. iudic. Farinac. in prax. crimin. tit. de falsitar. q. 15. 1. num. 65. Affl. & decif. ult. num. 18. in fin. Bald. in l. jube. mis. §. sane. C. de Sacrosanct. Eccles. Cevall. tom. 3. q. 9. 2. num. 6. 7. Instrumentum autem falsum fabricare etiam ad propriam, justamque defensionem, esse culpam lethalem adversus justitiam legalem, & rem publicam, docent Layman lib. 3. sect. 5. tract. 3. par. 1. cap. 4. n. 4. Tanner. 2. 2. disp. 4. sect. 6. dub. 12. num. 332. Dian. par. 3. tract. 6. miscellan. resolut. 56. Lug. de just. & iur. tom. 2. disp. 40. num. 27. vers. Obijci. potest. Si vero per fabricatum instrumentum nemini injuria fieri possit, quia solum respicit favorem fabricantis, vel alterius, peccata arbitrii imponitur; Menochi. cas. 206. num. 39. Felin. in tract. quæd. conar. puniat. vers. Fallit. secundo, Jul. Clat. receptar. lib. 5. §. falsum, num. 35. & §. perjurium, num. 11. Surd. decis. 282. num. 18. Farinac. sup. quest. 150. n. 291.

Ibi:

Varia. Resolut. Lib. I. Cap. II.

Ibi: Ita ent̄ falsum committit, qui interrogatus veritatem.

16 Non minus fit falsi reus, qui interrogatus suppressit veritatem, quam qui mendacium dicit, Menoch. cas. 310. num. 14. Tiraquell. de pœn. temperand. cas. 44. n. 15. Zanchin. de heret. col. 14. num. 2. Decian. tract. crimin. tom. 2. lib. 6. cap. 10. num. 30. Mascard. de probat. concl. 743. num. 12. D. Covar. in cap. quamvis pastum, par. 1. §. 7. num. 6. de past. in 6.

Ad Num. 4.

17 Interrogatus judicialiter, num accepit mutuo censem à Caio? quæ jam secretò solvit, ita ut solutionem probare non valeat, tutâ conscientiâ negat, utendo abstractione; Sanch. de matrim. lib. 1. disp. 10. num. 27. Felin.

in c. ex tenore, in princ. de testib. Barbatia conf. 12. col. 3. vers. premitto etiam, quod voluit, vol. 2. Deci. in l. ea eß natura, num. 3. ff. de reg. iur. Marfil. sing. 177. Boëri. decis. 243. num. 10. vers. Sed contra hoc remedium, Ancharran.

in capit. 2. numer. 2. vers. Fuxia predicta quaro, col. 2. de reg. iur. in 6. Azor. part. 1. libr. 11. cap. 4. q. 5. reg. 2. Remig. in prax. Confessior. tract. 2. cap. 2. §. 3. vers. El que pagò cien ducados. Parlador. rer. quer. lib. 2. cap. sin. par. 1. §. 4. num. 13. in fine, Diana part. 3. tract. 6. miscellan. resolut. 30. Bonacina tom. 2. disp. 4. quæst. 1. de jurament. punct. 12. num. 5. vers. Non sequitur, Pat. Suar. de Religion. tom. 2. lib. 3. de jurament. cap. 9. num. 6. Idem docent de occidente ad fui defensionem, nam se occidisse potest inficiari, Lef. d. libr. 2. cap. 42. dub. 9. num. 47. Diana ubi proximè. Similiter qui promisit, ducere Bertam in uxorem, si ob iustam causam, quam probare non valet, stare promissum non teneatur, tutè negat promissionem, Sanch. sup. num. 28. Navarr. in cap. aures q. 1. num. ult. 22. q. 5. Philiarc. de offic. Sacerdot. tom. 1. par. 2. lib. 3. cap. 14. in

20 fin. Et generaliter omnes ferè concedunt, quod quotiescunque adeſt justa causa celandi veritatem, veluti ad tuendam vitam, honorem, vel bona licet etiam cum iuramento. Judici amphibologicè respondere, referendo verba ab mente ipsius jurantis, quo mendacium non dicitur; quam doctrinam variis exemplis exornant, ac defendunt Diana ubi proximè, Sanch. in Decalog. libr. 3. cap. 6. à num. 16. Remig. supr. Valenc. 2. 2. disp. 5. q. 13. punct. 2. vers. Omnes nihilominus, & vers. ad secundum argumentum. Pat. Suar. d. cap. 9. num. 5. Bonac. num. 3. cum seq. Navarr. in Manual. cap. 12. num. 18. Becan. de fid. & iur. 9. 8. de jurament. num. 4. Philiarc. supr. d. cap. 14. a princip. Lef. supr. n. 46. 48. Sayr. lib. 3. cap. 4. n. 21. Quicquid sentient Sylv. 2. 2. 9. 89. art. 7. q. 3. concl. 5. Guttier. practicar. lib. 1. q. 60. qui D. Covar. impugnat. Did. Perez in l. 1. tit. 4. lib. 3. ordinam. col. 911. Jas. in l. manifesta. ff. de jure iur. & in l. Julianus verum debitorem, num. 14. ff. de conduct. indebit. & alii.

Ad Num. 5.

21 Debitorem in quinquaginta interrogatum in iudicio, an centum debet? non posse licite inficiari positionem, sed fateri debere quantitatē, quam debet, affirmant Dida. Per. supr. col. 915. Pacian. d. lib. 1. cap. 18. n. 6. & n. 20. in fin. ubi latissime, Salzed. in addit. ad Bernard. Diaz. reg. 564. Joan. Andr. in cap. 2. num. 22. vers. In glossa, quia positio, col. 5. in fin. de testib. in 6. Ant. Gabr. l. 2. commun. concl. 4. de expens. Butri. in cap. dilecti, vers. Nota predicta, quod si petatur, col. 3. de majorit. & obedient. Sam. in de redditib. Ecclesiast. par. 4. capit. 6. numer. 10. Cagnol. in l. non potest videri improbus, num. 6. vers. Articulus est difficultis, ff. de reg. iur. August. Barbol. in collectan. ad cap. 2. num. 19. de confessio, in 6. Lancellot. Galiaula in l. 1. §. stipulanti, num. 11. vers. Circa ultimam questionem, col. pen. ff. de verbis. obligat.

Vers. In oppositam sententiam.

Sed licere absolvē, negare positionem, sustinent Diana d. resolut. 30. Cevall. tom. 1. q. 431. in fin. Alberic. in l.

1. §. cum adject. 2. num. 12. vers. Expeditis contrariis, ff. de verbis. obligat. Bonac. supr. num. 5. vers. Decimo cum Faria ad Covarruviam.

non censi, Gratian. disceptat. cap. 109. num. 20. Lanfrancus de Oriano in cap. quoniam contra, verbo, responsiones, num. 15. vers. Nona regula, de probat. Surd. de 15. num. 3. Azor. par. 1. lib. 11. cap. 4. q. 5. reg. 2. lar. iā r̄bric ff. de fidejusser. num. 339. vers. Quatio limita; Petr. Barbos. in l. eum qui temere, à num. 141. ff. de judic. Remigi. supr. d. num. 6. vers. El que debe cinguenta, Archidiagon. in d. cap. 2. n. 4. in verbo, signatim, el primo, col. 4. de testib. in 6. Rebuff. in tract. de exceptionib. num. 148. Sanch. d. cap. 6. num. 33. Nald. in summa, verbo interrogatus, num. 2. & alii. Quæ opinio quomodo sit intelligenda, statim cum D. Covar. suis locis ostendetur.

Vers. Quamobrem ego opinor.

De hac assertione videadus est Pacian. d. cap. 18. à n. 23. ubi cum multis contra D. Covar. resolvit, negantem totum in hoc casu, pro quantitate debita in mora non constitui, nec posse in expensis condemnari, nisi actor exprimat, se paratum esse, recipere partem ejus, quod petit; & hanc magis communem opinionem dicit. De quo etiam Ant. Gabr. concl. 4. de expens. à num. 10. Fundamentum autem D. Authoris ex l. si servus 14. §. above, ff. de condit. furit. ex eodem textu corrigit, ubi non agitur de mora furis, sed de dolo domini bovis furiti.

Præterea cum fir semper in mora sit, l. in re furit. 8. 24. §. 1. ff. cod. argui non potest quoad moram, à fure ad debitorem ex contractu. Tamen posset dici, quoad ex-

25 debito, pacifico, Paciani sententiam omnino esse veram: non enim verosimile est, ut qui centum petit, quinquaginta acceptis, à lite desistat, ut ipse considerat num. 9. Quod moram verò magis placet D. Covar. opinio, nam cum sub

majore summa minor in affirmativa comprehendatur, ut notant DD. in l. 1. §. si stipulanti, ff. de verb. obligat, qui postulat centum in iudicio, etiam minorem quantitatem virtualiter, ac tacitè petit argument. l. si quis cum totum 7. ff. de except. rei iudicat, per quam interpellationem judicialem reus in mora constituitur respectu ejus, quod debet.

Neque obstat, quod verosimile non videtur, actorem debiti petiti partem acceptum, ex l. tutor 41. §. Lucius ff. de fur. Aliud enim est, creditorem cogi non posse ad recipiendam debiti partem, quod probatur in eo textu; & aliud, quod debitör non teneatur offerre summam minorē, quam petitum, ut ille si velit, eam recipiat, & super residuo litiget, ex quo nullum patitur detrimentum. Imò

Glossa in d. §. Lucius, asserit in nostro casu, scilicet cum debito pro parte agnoscitur, & pro parte inficiatur, cognendum esse, ut quod offertur, accipiat, creditorem; sic intelligens textum, in l. quidam 21. ff. si cert. petat. At

cum non liquet quantum debetur, nec moram committit qui convenit negat quod petit